



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Vigesimoprimo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-3333**

lorem quā in deo, & ita bonis operibus secundū prēceptū dei & eius opera oppugnat. Sicut phariseus in Euāgelio & publicanus horum omniū figuram exhibent. Nam peccator in suis peccatis deum intucbat, & laudabat, tangens duo summa prēcepta, fidē & dei honorem. Phariseus uero neutrū horū assēcius sese ostētabat in alijs bonis operibus, quibus non in deo, sed semetipso gloriabatur, magis in seipso quā in deo confidens. Quapropter hic merito reiectus, & ille electus est. Quod torum facit, quod q̄ sublimiora & meliora sunt opera, eo minus splendent. Ad hęc quod vnuſquisq; p̄sumit lese opera facile facturum. Cernim⁹ enim neminem adeo simulare sese dei nomen & gloriam laudare, vt eos qui hoc nunq; faciunt, & eo opere quando cor sinefis de est, precioso operi contemptum conciliant. Ita vt sanctus A-  
postolus Paulus non dubitarad Ro. iij. libere dicere, eos potissimum dei nomen blasphemare, qui se de legi dei iactitant. Nā nomen dei nominare, & honorem eius papyro & parieti inscribere, facile factu est, sed ipsum exanimō laudare, & benedicere in eius benefactis, & constanter in omnibus aduersitatibus inuocare, hęc sane rarissima, & summa omnium operum post fidem sunt. Adeo, vt si videre liceat quam pauci sint horum in repu-  
Christianā, possemus pr̄e calamitate mori, interim tamen semper crescentibus sublimibus pulchris, supernitidis operibus ab hominibus excogitatis, quę his veris operibus colore sint similia, intus vero & in fundamento omnis & fidei & fiducię expertia, & quę nihil prouersus habeant boni. Ita reprehendit Isaías xlviij. po-  
pulum Israelem, Audite hęc domus Jacob qui vocamini no-  
mine Israhel, & de aquis luda existis, qui iuratis in nomine Do-  
mini, & Dei Israhel, recordamini non in veritate, necq; in iustitia.  
Hoc est, q̄ hęc non vere in fide & fiducia faciebant, quę vera est  
veritas & iustitia, sed confisi i seipsis, sua opera, & suas vires. Dei  
tamen inuocabant & laudabant nomen, quę non conueniunt,

## VIGESIMOPRIMO.

¶ Primum ergo opus huius prēcepti est, Deum laudare i om-  
nibus suis beneficijs, quę in estimabiliter multa sunt, ita, vt huius Laudare deū  
modi laudis & gratiarum actionis merito nulla, necq; itermissio,  
neq; finis esse debeat. Nam, quis eum possit perfecte pro natu-  
rali laudare vita, vt taceam pro omnibus temporalibus & sem-  
piternis bonis. Ita est homo hoc vnico capite huius prēcepti ho-  
nis & preciosis operibus obrutus & accumulatus. Quibus si ves-  
ratur fide, sāne non frustra hic fuerit. In hac autem re nemo  
mortalium vehementius peccat speciosissimis sanctis, sibi ipsis

C iiij

bene placentibus, sese libenter iactantibus, vel saltim libeter su-  
as laudes, honores, & præconia coram mundo audiētibus. Itaq;  
secundum opus huius præcepti est, fugere & vitare omnes tem-  
porales honores, glorias & laudes, & nequaque suū nomen, lau-  
dem, & celebritatem querere, ut omnis de eo, quod diciur, & can-  
tent, & loquantur. Quod valde periculosum, & tamen vñitatis-  
simum omnium est peccatorum, & proli dolor contemptum.

Voluntemen omnes videri, & nemo minimus haberi, vicunges  
humilis & sordidus sit. Adeo profunde natura est depravata, in  
sua propria opinione, & in sui ipsius propria fiducia, cōtra duo  
prima præcepta. Nunc autem hoc immane scelus in mundo p-  
sumina iudicat virtute, quo nomine sumimi est periculi. Ethni-

Periculosos historias & libros legere, vel audire, nō dum satis experios  
ethnicas his-  
torias legere,  
nisi præmu-  
mus verbo  
dei.

& instruētos diuinis præceptis & historiarum sacre scripture. Si-  
quidem omnis ethnici & gentiles libri hoc veneno querēde laudis  
& honoris sunt referti. In quibus secundum cœcam rationē dis-  
citur, non esse magnificos & egregios homines, qui laude & ho-  
nore non tangantur, & pro optimis haberi, qui corpore & vita,  
propinquis & opibus, & breuiter reliquis rebus omnibus con-  
temptis, laudem & honorem persequuntur. Omnes enī sancti  
patres de hoc vicio conquesti sunt & magno consensu decreve-  
runt, extrellum esse omnium viorū ad vincendum. S. Au-  
gustinus dicit, omnia reliqua vittia in malis fieri operibus, excep-  
to honore & beneplacito, quod stat in & de bonis operibus. Ide-  
oz si homo nihil altud iterum habeat negotij, quā hoc secundū  
opus huius præcepti, satis tamen habeat per totam vitam suam  
occupationis & laboris depugnandi cum hoc vito. Tam calli-  
dum & peruvicax est, tam renitens ejicienti. At nunc relictis his  
omnibus bonis operibus nos exercemus in multis alijs viliorijs  
bus bonis operibus. Imo plane alijs bonis operibus hoc subver-  
timus & oblitione oblitteramus. Ita sanctum dei nomen per  
nostrum maledictum nomen, beneplacitum, honoris requisitus  
onem, & ambitionem in vanum sumitur, & irreuerteretur habetur,  
dignum quod solum & vnum colas & honores. Quod pecca-  
tum grauius est coram deo, quam & homicidij & adulterij.  
Sed eius malitia non tam liquido cernitur ut homicidij & adul-  
terij, propter eius subtilitatem. Nam non in crassa carne, sed in  
spiritu pficitur.

#### VIGESIMO SECUNDU

¶ Sunt qui existimant prodelle inventū, eam iactantia, honore,  
& laudibus, & rursum dedecore & ifamia puocari & moueri ad  
bene faciendum atque vivendu. Nam sunt multi ut facientes bona,